tius impleatur. Per dominum noſtrum. Lectio epiſto
le beati Pauli apoſtoli Ad Corinthios. j.vj.ca.

FRatres: Neſcitis qm̃ corpora veſtra mẽbra ſũt
chriſti? Tollẽs ergo mẽbra chriſti faciã mẽbra
meretricis? Abſit. An neſcitis qm̃ qui adheret meretri
ci: vnũ corp⁹ efficitur? Erũt em̃ inq̇t duo in carne vna.
Qui aũt adheret dño: vn⁹ ſpũs eſt. Fugite fornicatio-
nẽ. Oẽ pctm̃ quodcũqꝫ fecerit hõ: extra corp⁹ eſt. Qui
aũt fornicat̃: in corpus ſuũ peccat. An neſcitis qm̃ mẽ-
bra veſtra templũ eſt ſpũs ſcti qui in vobis eſt quẽ ha-
betis a deo et nõ eſtis veſtri? Empti em̃ eſtis precio ma
gno: glorificate ⁊ portate deum in corpore veſtro. Gr.
Benedictus es dñe q̃ intueris abyſſos ⁊ ſedes ſup che-
rubin. V. Bñdicite deũ celi qꝛ fecit nobiſcũ miam ſuã.
Alla. V. Bñdict⁹ es dñe deus patrũ noſtrorꝫ: ⁊ lauda
bilis in ſecula. In tẽpore paſchali dicit̃ Alleluya. V.
Charitas dei diffuſa eſt in cordibus veſtris per ſpiritũ
ſanctũ qui datus eſt vobis. Secundũ Mattheũ. xix.

IN illo tpe: Acceſſerũt ad ieſum phariſei: tẽtãtes
eũ ⁊ dicẽtes. Si licet homini dimittere vxorẽ ſuã
quacũqꝫ ex cauſa? Qui reſpõdẽs: ait. Nõ legiſtis qꝛ q̇
fecit ab initio maſculũ ⁊ feminã: fecit eos ⁊ dixit. Pro-
pter hoc dimittet hõ patrẽ ⁊ matrẽ: ⁊ adherebit vxori
ſue. Et erunt duo in carne vna. Itaqꝫ iã nõ ſunt duo/
ſed vna caro. Qđ ergo deus cõiunxit: hõ non ſeparet.



Patrē oīpotētem. Fa
ctorē celi ⁊ terre. Viſi
biliū oīm ⁊ inuiſibiliū

Credo in vnum deum. Et in vnū dn̄m ieſum
chriſtū filiū dei vnigenitū. Et ex patre natū ante oīa
ſecula. Deū de deo lumen de lumine: deū verum de deo
vero. Genitū nō factū cōſubſtātialē patri ꝑ quē oīa fa
cta ſunt. Qui ꝓpter nos hoīes: et ꝓpter noſtrā ſalutē
deſcēdit de celis. Et incarnat⁹ eſt de ſpū ſancto ex ma-
ria virgine/ et homo fact⁹ eſt. Crucifix⁹ etiā pro nobis
ſub pōtio pylato paſſus et ſepult⁹ eſt. Et reſurrexit ter
tia die ſecūdū ſcripturas. Et aſcēdit in celum ſedet ad
dexterā patris. Et iterū ventur⁹ eſt cū gloria iudicare
viuos ⁊ mortuos. Cuius regni nō erit finis. Et in ſpm̄
ſanctū dn̄m et viuificantē. Qui ex patre filioq; ꝓcedit
Qui cū patre et filio ſimul adorat̄ ⁊ cōglorificat̄. Qui
locutus eſt ꝑ ꝓphetas. Et vnā ſanctā catholicā et apo
ſtolicā eccleſiā. Cōfiteor vnū baptiſma ī remiſſionem
pctōꝝ. Et expecto reſurrectionē mortuoꝝ. Et vitā ven
turi ſeculi Amē. Offr. Bn̄dictus ſit de⁹ pater/ vnige-
nituſq; dei fili⁹: ſctūs quoq; ſpūs: qꝛ fecit nobiſcū miaꝫ
ſuā. Poſt offr. ſacerd. dicat Quid retribuā dn̄o ꝓ oīb⁹
que retribuit michi. Calicē ſalutaris accipiā: et nomē
domini inuocabo. Tenendo calicem dicat.

Suſcipe ſctā trinitas hāc oblationē quā tibi offe
ro in memoriā incarnationis/ natiuitatis/ paſſionis/ re
ſurrectionis/ aſcenſioniſq; dn̄i nr̄i ieſu chriſti/ et in ho
nore btē virginis marie/ et oīm ſctōꝝ tuoꝝ q̄ tibi placue
rūt ab initio mundi: vt illis ꝓficiat ad honorē/ nobis
autē ad ſalutem: et vt oēs illi pro nobis intercedere di
gnentur in celis/ quorum memoriam agimus ī terris

Quod ipſe preſtare digneris. Qui in trinitate perfecta vi-
uis et regnas deus. Per oia ſecula ſeculorum. Amē. Poſt
ablutionē manuum inclinando ſe ante altare dicat.

IN ſpū humilitatis et in aio cōtrito ſuſcipiamur
a te dñe: et ſic fiat ſacrificiū nrm in conſpectu tuo
vt a te ſuſcipiat hodie/ et placeat tibi dñe deus. Oſcula-
to altari dicat

DOmine deus ops bene ✠ dic
et ſctifica hāc oblationē ad laudē et gloriā nois
tui preparatā: et parce pctis ppli tui/ et aufer a me cun
ctas iniqtates/ et exaudi orōnē meā. Orate. fr. Secr.

SAnctifica queſumus dñe deus noſter per vnige
niti tui virtutem/ et per ſancti tui nominis inuo
cationē huius oblationis hoſtiam: et per eam noſmet
ipſos tibi perfice munus eternum. Alia ſecreta.

SUſcipe qs dñe pro ſacra cōnubij lege munus obla-
tū: et cuius largitor es operis: diſpenſator eſſe di-
gneris. Per. Infra canonē immediate poſt orationē
dñicalē ſcilicet Pr nr. extendat ſup ſpōſum et ſpōſam
palliū/ dū tñ nullus eorum alias ſuſceperit bñdictionem
nuptiarū: et tūc ſacerdos anteq̄ dicat Libera nos qs.
dicat orationes ſequentes in modū prefatiōis ſi miſſa
fuerit cū cantu/ manu extenſa ſuper eos. Oremus.

PRopitiare dñe ſupplicationibus nris et inſtitutis
tuis quibus ppagationē humani generis ordina-
ſti benignus aſſiſte: vt qd te auctore coniungitur: te au-
xiliāte ſeruetur. Per chriſtū dñm nrm. Amen. Oremus

DEus q poteſtate virtutis tue de nichilo cūcta fe
ciſti/ q diſpoſitis vniuerſitatis exordijs hoi ad
imaginē dei facto: ideo inſeparabile mulieris adiuto-
riū condidiſti: vt feminino corpori de virili dares carne
principiū: docēs qd ex vno placuiſſet inſtitui/ nunq̄ li-

ceret diſiungi. Deus qui tam excellenti myſterio cōiu-
galem copulā conſecraſti / vt chriſti & eccleſie ſacramē
tū preſignares in federe nuptiarū. Deus p quē mulier
iungitur viro & ſocietas principaliter ordinata / ea be
ne ✠ dictione donaſ q̄ ſola nec p originalis pcti penā /
nec per diluuij eſt ablata ſententiā. Reſpice propitius
ſuper hāc famulā tuā que maritali iungēda eſt cōſor-
tio: tuaq; ſe expetit protectione muniri. Sit in ea iugū
dilectionis & pacis / fidelis & caſta nubat in xp̄o imita
trixq; ſanctaꝝ pmaneat feminaꝝ. Sit amabilis vt ra
chel viro / ſapiēs vt rebecca / longeua & fidelis vt ſara
Nichil ī ea ex actib⁹ ſuis ille auctor p̄uaricatiōis vſur
pet. Nexa fidei mādatiſq; pmaneat vni thoro iuncta /
cōtact⁹ illicitos fugiat / muniatq; īfirmitatē ſuā robo
re diſcipline. Sit verecūdia grauis / pudore venerabi-
lis / doctrinis celeſtibus erudita. Sit fecūda in ſobole /
ſit probata & innocēs / et ambo ad beatoꝝ requiē / atq;
ad celeſtia regna pueniant & videant filios filioꝝ ſuo-
rū vſq; in tertiā et quartā progeniē / & ad optatā perue
niāt ſenectutē. Per chriſtū dn̄m nr̄m. Amē. Sequitur
Libera nos. &c. vt habetur in canone. Cōio. Bn̄dici
mus deū celi & corā omnibus viuentibus cōfitebimur
ei: qr fecit nobiſcum miſericordiam ſuā. Poſtcōio.

PRoficiat nobis ad ſalutē corporis et aīe dn̄e de⁹
nr̄ hui⁹ ſacramēti pceptio: & ſempiterne ſc̄tē tri
nitatis / eiuſdēq; indiuidue vnitatis ꝯfeſſio. Alia poſtcō.

QUeſu mus omnipotens deus: inſtituta prouidē
tie tue pio amore comitare: vt quos legitima ſo
cietate connectis: longeua pace cuſtodias. Per domi-
num noſtrum ieſum chriſtum filium tuū. Qui tecū.

¶ Sequitur benedictio panis et vini. Oremus. Or.

Benedic dñe creaturã iſtam panis ⁊ vini: vt ſit re-
medium ſalutare generi humano: et preſta p in-
uocationẽ ſancti tui nõis vt quicũq; ex ea ſumpſerit: cor
poris ⁊ aĩe tutelam percipiat. Per chriſtũ dominũ no-
ſtrum. Amen. ¶ Sequitur benedictio thalami.

In primis aſpergat ſacerdos aqua bñdicta tha-
lamũ dicens. Aſperges me domine yſopo et mũ
dabor: lauabis me et ſuper niuem dealbabor. Deinde
dicat pſalmũ Beati oẽs. ⁊c. vtſ. Kyrie eleiſon. Xpe el.
Kyrie el. P r̃ nr̃. Et ne nos. Sz libe. Saluũ fac ſeruũ
tuũ et ancillã tuam. Deus meus ſperãtes in te. Dñe
exaudi. Et cla. Dñs vobiſcũ. Et cũ ſpũ tuo. Oremꝰ.

Benedic dñe thalamũ iſtũ et omnes habitantes
in eo: vt ĩ tua volũtate permaneant/ et in tuo a-
more viuant ⁊ ſeneſcant ⁊ multiplicentur in longitu-
dinẽ dierum. Per chriſtum dñm noſtrum. Oremus.

Benedicat deꝰ corpora veſtra ⁊ animas veſtras:
et det ſuper vos benedictionem ſuam ſicut bñdi
xit abrahã/ iſaac/ et iacob/ manus domini ſancta ſit
ſuper vos: mittatq; angelum ſuum qui cuſtodiat vos
omnibus diebus vite veſtre. Per chriſtum dominum
noſtrum. Amen. ¶ Benedictio panis et vini.

Benedic domine creaturã iſtã panis ⁊ vini: vt ſit
remediũ ſalutare generi humano: et preſta per
inuocationẽ ſancti tui nominis vt quicũq; ex ea ſumpſe
rit: corporis ⁊ anime tutelã percipiat. Per chriſtũ dñm
noſtrum. Amen. ¶ Benedictio panis per dominicas.

Benedic dñe creaturã iſtã panis ſicut benedixiſti
quinq; panes in deſerto: vt omnes guſtantes ex
eo tã anime q̃ corporis recipiant ſanitatem et pacem.
In noĩe patris ✠ et filij/ et ſpiritus ſancti. Amen.

Sequitur oꝛdo ad viſitādū infirmū ⁊ oleo vngēdum. Sacerdos intrans in domum infirmi dicat ℣. Pax huic domui. ℟. Et oīb⁹ habitātibus in ea. Poſtea aſpergat infirmum et dicat Aſperges me dn̄e. Deinde incipiat ſeptē pſalmos penitētiales. Pſalm⁹.

DOmine ne in furoꝛe tuo arguas me: neq̃ in ira tua coꝛripias me. Miſerere mei dn̄e qm̄ infirmus ſū: ſana me dn̄e qm̄ ꝯturbata ſunt oſſa mea. Et aīa mea turbata eſt valde: ſ; tu dn̄e vſq̃quo. Conuertere dn̄e et eripe aīam meā: ſaluū me fac ꝑpter miam tuā. Qm̄ nō eſt ī moꝛte q̄ memoꝛ ſit tui: in inferno aūt quis cōfitebitur tibi? Laboꝛaui ī gemitu meo lauabo per ſingulas noctes lectū meū: lachꝛymis meis ſtratū meū rigabo. Turbat⁹ eſt a furoꝛe ocul⁹ meus: inueteraui inter oēs inimicos meos. Diſcedite a me om̄s q̄ operamini iniq̄tatē: qm̄ exaudiuit dn̄s vocē flet⁹ mei. Exaudiuit dn̄s dep̄cationē meā: dn̄s oꝛonē meā ſuſcepit. Erubeſcāt ⁊ ꝯturbent̄ vehemēter oēs īimici mei: cōuertātur ⁊ erubeſcāt valde velociter. Glia pr̄i. ps.

BEati quoꝝ remiſſe ſunt iniquitates: et quoꝝ tecta ſunt peccata. Beat⁹ vir cui non imputauit dn̄s pctm̄: nec eſt in ſpū ei⁹ dolus. Qm̄ tacui inueterauerūt oſſa mea: dū clamarē tota die. Qm̄ die ac nocte grauata eſt ſup me man⁹ tua: cōuerſus ſum in erūna mea dū cōfigit̄ ſpina. Delictū meū cognitū tibi feci: et iniuſtitiā meā nō abſcōdi. Dixi cōfitebo꞉ aduerſu; me iiuſtitiā meā dn̄o: ⁊ tu remiſiſti impietatē pcti mei. Pꝛo hac oꝛabit ad te oīs ſanct⁹: in tēpoꝛe oppoꝛtuno. Uerūtamē in diluuio aquarū multarū: ad eū nō appꝛoximabūt. Tu es refugiū meū a tribulatione q̄ circūdedit me: exultatio mea erue me a circūdantib⁹ me.

Intellectũ tibi dabo et inſtruã te in via hac qua gra-
dieris: firmabo ſup te oculos meos. Nolite fieri ſicut
equus et mulus: q̄b⁹ nõ eſt intellect⁹. In chamo et fre
no maxillas eoꝝ cõſtringe: q̄ non appꝛoximant ad te.
Multa flagella peccatoꝛis: ſperãtẽ autẽ in dño miſe-
ricoꝛdia circundabit. Letamini in domino et exulta-
te iuſti: ⁊ gloꝛiamini omnes recti coꝛde. Gloꝛia pa. ps
Domine ne in furoꝛe tuo arguas me: neq̄ȝ in ira
tua coꝛripias me. Qm̄ ſagitte tue infixe ſunt
michi: ⁊ cõfirmaſti ſup me manũ tuã. Nõ eſt ſanitas
in carne mea a facie ire tue: nõ eſt pax oſſib⁹ meis a fa
cie pctõꝝ meoꝝ. Qm̄ iniq̄tates mee ſupgreſſe ſunt ca
put meũ: ⁊ ſicut onus graue grauate ſunt ſup me. Pu
truerũt et coꝛrupte ſunt cicatrices mee: a facie inſipiẽ-
tie mee. Miſer factus ſum ⁊ curuatus ſum vſq̄ȝ ĩ finẽ:
tota die cõtriſtatus ingrediebar. Qm̄ lumbi mei im-
pleti ſunt illuſionibus: et nõ eſt ſanitas in carne mea.
Afflictus ſum et humiliat⁹ ſum nimis: rugiebã a ge
mitu coꝛdis mei. Dñe ante te omne deſideriũ meum:
et gemitus meus a te nõ eſt abſcõditus. Coꝛ meũ con
turbatum eſt / dereliquit me virt⁹ mea: et lumẽ oculo-
rum meoꝝ et ipſum nõ eſt mecum. Amici mei ⁊ pꝛoxi
mi mei: aduerſum me appꝛopinquauerunt et ſteterũt.
Et qui iuxta me erant de longe ſteterũt: et vim facie-
bãt qui querebãt animã meã. Et qui inquirebãt ma-
la michi locuti ſunt vanitates: et dolos tota die medi-
tabantur. Ego aũt tanq̄ȝ ſurdus nõ audiebã: et ſicut
mutus nõ aperiẽs os ſuũ. Et factus ſum ſicut homo
non audiẽs: a nõ habẽs in oꝛe ſuo redargutiões. Qm̄
in te dñe ſperaui: tu exaudies me dñe deus me⁹. Qꝛ di
xi nequãdo ſupergaudeãt michi inimici mei: et dũ cõ-

mouentur pedes mei sup me magna locuti sunt. Quoniam ego in flagella paratus sum: et dolor meus in conspectu meo semper. Quoniam iniquitatem meam annunciabo: et cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei viuunt et confirmati sunt super me: et multiplicati sunt qui oderunt me inique. Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant michi: quoniam sequebar bonitatem. Ne derelinquas me domine deus meus: ne discesseris a me. Intende in adiutorium meum: domine deus salutis mee. Gloria patri et filio. Psalmus.

Miserere mei deus: secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam. Amplius laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccaui et malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexisti: incerta et occulta sapientie tue manifestasti michi. Asperges me domine ysopo et mundabor: lauabis me et super niuem dealbabor. Auditui meo dabis gaudium et leticiam: et exultabunt ossa humiliata. Auerte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me deus: et spiritum rectum innoua in visceribus meis. Ne proiicias me a facie tua: et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde michi leticiam salutaris tui: et spiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas: et impii ad te conuertentur. Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee: et exultabit lingua mea iustitiam tuam. Domine labia mea aperies: et os meum annunciabit laudem tuam. Quoniam si voluisses sacrificium dedissem: vtique holocaustis non delectaberis. Sacrificium deo spiritus contribulatus: cor contritum et hu

miliatū deus non deſpicies. Benigne fac dn̄e in bona
voluntate tua ſion: vt edificentur muri hierl̄m. Tūc
acceptabis ſacrificiū iuſtitie oblationes ⁊ holocauſta:
tunc imponēt ſuper altare tuū vitulos. Gloria pr̄i. ps.

Domine exaudi orationem meā: et clamor me⁹
ad te veniat. Non auertas faciē tuam a me: in
quacunqꝫ die tribulor inclina ad me aurem tuā. In
quacunqꝫ die inuocauero te: velociter exaudi me. Qr
defecerunt ſicut fumus dies mei: et oſſa mea ſicut cre-
miū aruerūt. Percuſſus ſum vt fenū et aruit cor meū:
quia oblitus ſum comedere panem. A voce gemitus
mei: adheſit os meum carni mee. Similis factus ſum
pellicano ſolitudinis: fact⁹ ſum ſicut nicticorax in do-
micilio. Uigilaui et factus ſum ſicut paſſer: ſolitari⁹
in tecto. Tota die exprobrabant michi inimici mei: et
qui laudabāt me aduerſum me iurabant. Quia cine
rem tanqꝫ panem manducabam: et potū meū cū fletu
miſcebā. A facie ire indignationis tue: qr eleuās alli
ſiſti me. Dies mei ſicut vmbra declinauerūt: ⁊ ego ſi-
cut fenū arui. Tu aūt dn̄e ī eternū pmanes: ⁊ memoria
le tuū in gn̄atiōe ⁊ gn̄atione. Tu exurgens dn̄e miſe
reberis ſiō: qr tp̄s miſerēdi ei⁹ qr venit tēpus. Qm̄ pla
cuerūt ſeruis tuis lapides eius: et terre eius miſerebū
tur. Et timebūt gētes nomē tuū domine: ⁊ oēs reges
terre gloriā tuā. Qr edificauit domin⁹ ſiō: et videbit
in gloria ſua. Reſpexit in oratione humiliū: ⁊ nō ſpre
uit precē eoꝝ. Scribantur hec in gn̄atiōe altera: ⁊ po-
pulus q̄ creabitur laudabit dominū. Qr proſpexit de
excelſo ſctō ſuo: dn̄s de celo in terrā aſpexit. Ut audi-
ret gemit⁹ cōpeditoꝝ: vt ſolueret filios interemptorū.
Ut annūciēt ī ſiō nomē domini: ⁊ laudē ei⁹ ī hierl̄m.

In cõueniẽdo populos in vnũ: ⁊ reges vt ſeruiãt dño
Reſpõdit ei in via virtutis ſue: paucitatẽ dierũ meoꝝ
nũcia michi. Ne reuoces me ĩ dimidio dierũ meoꝝ: in
generatiõe et generationẽ anni tui. Initio tu dñe ter
rã fundaſti: ⁊ opa manuũ tuaꝝ ſunt celi. Ipſi peribũt
tu aũt pmanes: et oẽs ſicut veſtimẽtũ veteraſcẽt. Et
ſicut opertoꝛiũ mutabis eos ⁊ mutabũtur: tu aũt idẽ
ipſe es/ et anni tui nõ deficiẽt. Filij ſeruoꝝ tuoꝝ habi
tabũt: et ſemẽ eoꝝ in ſclm diriget. Gloꝛia patri. ps.
De pfundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocẽ
meã. Fiãt aures tue intẽdẽtes: in vocẽ depca
tiõis mee. Si iniqtates obſeruaueris dñe: dñe qs ſuſti
nebit? Quia apud te ppiciatio eſt: et ppter legẽ tuam
ſuſtinui te dñe. Suſtinuit aĩa mea in verbo eius: ſpe
rauit anima mea ĩ domino. A cuſtodia matutina vſ
qꝫ ad noctem: ſperet iſrael in dño. Quia apud dñm mi
ſericoꝛdia: et copioſa apud eũ redemptio. Et ipſe redi
met iſrael: ex oĩbus iniqtatib⁹ eius. Gloꝛia patri. ps.
Domine exaudi oꝛationẽ meã/ aurib⁹ pcipe ob
ſecrationẽ meã: in veritate tua exaudi me ĩ tua
iuſtitia. Et nõ intres in iudiciũ cũ ſeruo tuo: qꝛ nõ iu
ſtificabitur ĩ ꝯſpectu tuo oĩs viuens. Quia pſecut⁹ eſt
inimic⁹ animã meã: hũiliauit in terra vitã meã. Col
locauit me in obſcuris ſicut moꝛtuos ſcli: et anxiat⁹ eſt
ſup me ſpũs me⁹/ in me turbatũ eſt coꝛ meũ. Memoꝛ
fui dierũ antiquoꝝ meditatus ſum in oĩbus operibus
tuis: in factis manuũ tuarum meditabar. Expandi
manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua ti
bi. Velociter exaudi me dñe: defecit ſpũs me⁹. Non
auertas faciẽ tuã a me: ⁊ ſimilis ero deſcẽdẽtib⁹ ĩ lacũ
Auditã fac michi mane miam tuã: qꝛ ĩ te ſpaui. No

tã fac michi viã in qua ãbulẽ:qꝛ ad te leuaui aĩaȝ meã
Eripe me de inimicis meis dñe ad te ꝯfugi doce me fa
cere volũtatẽ tuã:qꝛ deꝰ meꝰ es tu. Spũs tuꝰ bonꝰ de
ducet me in terrã rectã:ꝓpter nomẽ tuũ dñe viuifica-
bis me ĩ eq̃tate tua. Educes de tribulatiõe aĩam meã:
et in mĩa tua diſꝑdes oẽs inimicos meos Et ꝑdes oẽs
qui tribulãt aĩam meã:qm̃ ego ſeruꝰ tuꝰ ſũ. Gľia. ãn.
Parce dñe parce ppľo tuo quẽ redemiſti chriſte precio-
ſo ſanguine tuo/ne ineternũ iraſcaris ei. Letania.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Chriſte audi nos.
Pater de celis deus:Miſerere ei. Fili redẽptor
mundi deus:Miſerere ei. Spiritus ſancte deus:Mi-
ſerere ei. Sancta trinitas vnus deus:Miſerere ei.

Sctã maria ora ꝓ eo (ea)
Sancta dei genitrix oꝝ
Sctã virgo virginũ oꝝ
Sancte michael oꝝ
Sancte gabriel oꝝ
Sancte raphael oꝝ
Oẽs ſcti angeli ⁊ archan-
geli Orate pro eo (ea)
Oẽs ſcti beatoꝝ ſpirituũ
ordines orate pro eo (ea)
Sctẽ iohãnes baptã oꝝ
Omnes ſancti patriarche
et prophete orate
Sancte petre oꝝ
Sancte paule oꝝ
Sancte andrea oꝝ
Sancte iacobe oꝝ
Sancte iohannes oꝝ

Sancte thoma oꝝ
Sancte philippe oꝝ
Sancte bartholomee oꝝ
Sancte matthee oꝝ
Sancte ſymon oꝝ
Sancte thadee oꝝ
Sancte iacobe oꝝ
Sancte mathia oꝝ
Sancte barnaba oꝝ
Sancte luca oꝝ
Sancte marce oꝝ
Sancte marcialis oꝝ
Omnes ſancti apoſtoli et
euangeliſte orate
Sancte vrſine oꝝ
Om̃es ſancti diſcipuli do
mini Orate pro eo (ea)
Oẽs ſcti innocẽtes orate



BIBLIOTHEQUE MAZARINE

Sancte ſtephane oꝛ
Sancte line oꝛ
Sancte clete oꝛ
Sancte clemens oꝛ
Sancte ſixte oꝛ
Sancte laurenti oꝛ
Sancte vincenti oꝛ
Sancte fabiane oꝛ
Sancte ſebaſtiane oꝛ
Scti iohãnes ⁊ paule oꝛt
Scti coſma ⁊ damiãe oꝛt
Sãcte dionyſi cum ſocijs tuis Oꝛa pꝛo eo (ea)
Sctẽ nigaſi cũ ſo. tuis oꝛ
Sctẽ maurici cũ ſo. tu. oꝛ
Sctẽ euſtachi cũ ſo. tu. oꝛ
Sancte ſaturnine oꝛ
Sancte chꝛiſtofoꝛe oꝛ
Sancte quintine oꝛ
Oẽs ſcti martyꝛes oꝛate
Sancte ſilueſter oꝛ
Sancte gregoꝛi oꝛ
Sancte hylari oꝛ
Sancte martine oꝛ
Sancte ambꝛoſi oꝛ
Sancte auguſtine oꝛ
Sancte hieronyme oꝛ
Sancte romane oꝛ
Sancte audoene oꝛ
Sancte iuliane oꝛ
Sancte nicolae oꝛ
Sancte germane oꝛ
Sancte eligi oꝛ
Sancte egidi oꝛ
Sancte benedicte oꝛ
Sancte albine oꝛ
Sancte leonarde oꝛ
Sancte ludouice oꝛ
Oẽs ſcti confeſſoꝛes oꝛt
Scã maria magdalẽa oꝛ
Scã maria egyptiaca oꝛ
Sancta felicitas oꝛ
Sancta perpetua oꝛ
Sancta agatha oꝛ
Sancta lucia oꝛ
Sancta agnes oꝛ
Sancta petronilla oꝛ
Sancta cecilia oꝛ
Sancta anua oꝛ
Sancta ſcolaſtica oꝛ
Sancta katherina oꝛ
Sancta margareta oꝛ
Sancta ſuſanna oꝛ
Sancta genoueſa oꝛ
Sancta apollonia oꝛ
Sancta barbara oꝛ
Sancta anaſtaſia oꝛ
Sancta auſtreberta oꝛ
Sancta honoꝛina oꝛ
Sancta pꝛiſca oꝛ
Sancta eulalia oꝛ
Sancta fides oꝛ

Sancta ſpes or. Sancta charitas or. Oēs ſctē vir gines orate. Oēs ſancti et ſancte dei orate pro eo (ea) Propiti⁹ eſto Parce ei domine. Ab omni malo Libe ra eum (eam) dñe. Ab iſidijs diaboli lib. Ab iminē tib⁹ pctōr ſuor periculis libe. Ab ifeſtatiōib⁹ demo nū l. A ſpū fornicationis. lib. Ab appetitu inanis glie. lib. Ab ira ⁊ odio ⁊ oī mala volūtate lib. A ceci tate cordis. lib. A fulgure ⁊ tēpeſtate. lib. A ſubita nea ⁊ eterna morte. lib. Ab immūdis cogitationibus lib. Ab oī immūdicia mētis ⁊ corporis. lib. A dāna tione ppetua. lib. Per myſteriū ſctē incarnatiōis tue. lib. Per natiuitatē tuā. lib. Per circūciſionē tuā. lib. Per baptiſmū tuū. lib. Per ieiuniū tuū. li. Per paſ ſionē ⁊ crucē tuā. l. Per glorioſam reſurrectionē tuā. l Per admirabilē aſcēſionē tuā. l. Per gratiā ſcti ſpūs paracliti. libera eū (eā) dñe. In hora mortis Succur re ei dñe. Peccatores Te rogam⁹ audi nos. Ut pacē ei dones / te rogam⁹ audi nos Ut mētē ei⁹ ad celeſtia deſideria erigas. te ro. Ut eū (eā) ab eterna dānatio ne eripias. te rog. Ut oculos mie tue ſup eū (eā) redu cere digner. tr. Ut i pñti piculo ei ſucurrere digner. t Ut eū (eā) exaudire digneris. tr. Fili dei. iij. te rog. Agn⁹ dei q̄ tollis pctā mūdi: parce ei dñe. Agn⁹ dei q̄ tollis pctā mundi: ſuccurre ei dñe. Agn⁹ dei q̄ tollis pctā / mūdi miſerere ei dñe. Chriſte audi nos. Kyrie eleyſō. Xpe el. Kyrie el. Pr nr. Et ne n. Ps li. Sal uū fac ſeruū tuū (ancillā tuā) De⁹ meus ſperātē in te Eſto ei dñe turris fortitudinis. A facie inimici. Ni chil pficiat inimic⁹ i eo (ea) Et fili⁹ iniq̄tatis nō appo nat nocere ei. Mitte ei dñe auxiliū de ſctō Et de ſiō tue re eū (eā) Dñe exaudi. Et cla. Dñs vobiſcū. Orem⁹

DEus qui ezechie regi famulo tuo terquinos annos ad vitam donaſti/ ita et hunc( hāc) famulū( lam) tuū( tuā) a lecto egritudinis tua potentia erigas ad ſalutem. Per chꝛiſtū dn̄m noſtrum. Oꝛemus.

REſpice dn̄e famulū( lam) tuū( tuā) in īfirmitate ſui coꝛpoꝛis laboꝛātē/ et animā refoue quam creaſti: vt caſtigationibꝰ tuis emēdatꝰ( ta) cōtinuo ſe ſentiat tua medicina eſſe ſaluatū( tam) Per xp̄m. oꝛeꝰ.

VIrtutū celeſtiū deꝰ q̇ ab humanis coꝛpoꝛibꝰ oēꝫ languoꝛē ⁊ oēm infirmitatē p̄cepti tui poteſtate depellis/ adeſto ꝓpitiꝰ huic famulo( le) tuo( tue) vt fugatꝭ infirmitatibꝰ ⁊ viribꝰ receptis: nomē ſctm̄ tuū (inſtaurata ꝓtinꝰ ſanitate) b̄ndicat. Qui viuis. oꝛeꝰ.

OMn̄ps ſempiterne deꝰ q̇ per btm̄ iacobū apoſtolū tuū dixiſti/ īfirmatᷣ q̇s ī vobis īducat p̄ſbyteros eccl'ie ⁊ oꝛēt ſup eū( eā) vngētes eū( eā) oleo in noīe dn̄i et orō fidei ſaluabit infirmū( mā) ⁊ alleuiabit eū( eā) dn̄s: et ſi ī pctis ſit dimittentᷣ ei: te ſupplices exoꝛamus vt hic( hec) famulus( la) tuꝰ( tua) ꝑ myſteriū nr̄e vnctiōis/ ⁊ donū tue ſctē pietatis pctōꝝ ſuoꝝ veniā ꝯſeq̇/ et ad vitā eternā ꝑuenire mereatᷣ. Per x. Hic īfirmꝰ ꝯfiteatᷣ ſi neceſſe fuerit. ¶ Et nota. Si penitēs petat ⁊ velit abſolui auctoꝛitatē apoſtolica virtute literaꝝ de ꝑpetuū ſeu alias/ requiratᷣ foꝛma abſolutiōis in fine libꝛi: et bene cōſiderentur cōditiones huiuſmodi abſolutionis: quo facto iterum abſoluatur modo ſequenti.

DOminus ieſus xp̄s q̇ dixit diſcipulis ſuis/ q̄cūqꝫ ligaueritis ſup terrā erūt ligata et in celis/ ⁊ quecūqꝫ ſolueritis ſup terrā erūt ſoluta ⁊ ī celis: de quorū numero q̄uis indignos nos eſſe voluit: ipſe te abſoluat per miniſteriū nr̄m ab oībꝰ pctis tuis q̄cūqꝫ cogi-

tatione/locutione/aut operatione negligenter egiſti: et a nexib⁹ pctōꝝ abſolutū/perducere dignetur ad regna celoꝝ. Qui cū patre ⁊ ſpū ſctō viuit et regnat. ꝛc.

Abſolutionē et remiſſionem oīm pctōꝝ tuoꝝ tribuat tibi omnipotens et miſericoꝛs dominus. Amē. Deinde ſacerdos faciat crucem cineris in pectoꝛe infirmi dicendo. Memento homo quia cinis es/et ī cinerē reuerteris. In noīe pr̄is ⁊ filij ⁊ ſpūs ſcti. amen Deinde vngat̄ oleo ſancto: et pꝛimo ad oculos dicēdo.

Per iſtam vnctionem et ſuam pijſſimam miſericoꝛdiam indulgeat tibi domin⁹ deus quicquid peccaſti per viſum. Amen. Ad aures.

Per iſtā vnctionē et ſuā pijſſimā mīam indulgeat tibi dn̄s de⁹ q̇cq̇d peccaſti per auditū. Amen. Ad labia.

Per iſtā vnctionē et ſuā pijſſimā mīam indulgeat tibi dn̄s deus q̇cq̇d peccaſti per guſtū. Amē. Ad nares.

Per iſtā vnctionē et ſuā pijſſimā mīam indulgeat tibi dominus deus quicquid peccaſti per odoꝛatū. Amē. Ad manus. Si laicus/intus/ſi ſacerdos/defoꝛis: qꝛ manus ſacerdotis int⁹ ſacrate ſunt ab ep̄o. Ad man⁹.

Per iſtā vnctionē et ſuā pijſſimā mīam indulgeat tibi dn̄s deus q̇cq̇d peccaſti p̱ tactū. Amen. Ad pedes.

Per iſtam vnctionem et ſuam pijſſimam miſericoꝛdiam indulgeat tibi dominus deus quicquid peccaſti per inceſſum. Amen. Ad pectus.

Per iſtā vnctionē et ſuā pijſſimā miſericoꝛdiā indulgeat tibi dn̄s de⁹ q̇cq̇d peccaſti p̱ ardoꝛē libidinis. Amē Facta vnctiōe ſacerd. ſupꝛadicta p̱ oꝛdinē repetat dic̄.

Per iſtā vnctionē et ſuā pijſſimā mīam indulgeat tibi dn̄s deus q̇cq̇d peccaſti per viſum/per auditum/per guſtum/per odoꝛatum/per tactū/per inceſſum/per

Hic mos vigebat adhuc tempore Card. Borbonij Senioris ut patet ex eius Rituali typis edito 1573

ardorē libidinis. Amē. Poſtea cōmunicet ſacerdos infirmū ſi neceſſe fuerit dicendo. Corpus domini noſtri ieſu chriſti proſit tibi ad ſalutē corporis ⁊ aīe in vitam eternā. Amen. Poſt cōionē ſacerdos dicat hāc orationē ſequentē: et ſi non cōmunicauerit/non dicat eam.

Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Domine ſctē pater oꝑs eterne deꝰ/te fideliter deꝑcamur: vt accipiēti fratri nr̄o hāc ſacroſanctā euchariſtiā corporis ⁊ ſanguinis dn̄i nr̄i ieſu chriſti filij tui tam corporis ꝙ anime ſit ſalus. Per eundē xp̄m.

Deinde dicat ſacerdos ſequentes orationes ſiue cōmunicauerit infirmū/ſiue nō. Dn̄s vobiſcū. Et cū ſ. t. oreꝰ

Propicietur dn̄s cunctis iniquitatibus tuis/et ſanet omnes languores tuos/redimatq; de interitu vitā tuā et corroboret ac ſatiet in bonis deſiderium tuum. Qui ſolus in trinitate perfecta viuit ⁊ regnat deus per omnia ſecula ſeculorum. Oremus.

Dominus ieſus chriſtus apud te ſit vt te defendat. amen. intra te ſit vt te reficiat. amen. circa te ſit vt te confirmet. amen. poſt te ſit vt te benedicat. Qui cū patre et ſpiritu ſctō viuit et regnat. ⁊c. oremꝰ

Bene ✠ dicat te deꝰ pater/amē. ſanet te dei filiꝰ amē. illuminet te ſpūſſctūs/amen/corpus tuū cuſtodiat. amē. animam tuā ſaluet/amē. cor tuum irradiet/amē. ſenſum tuū dirigat/amen. ⁊ ad ſupernā vitā te perducat. Qui ī trinitate ꝑfecta vi. ⁊c. Oremꝰ.

Bene ✠ dicat te deꝰ celi/amē. adiuuet te xp̄s filiꝰ dei/amē. illuīet te virtꝰ ſpūſſcti/amē. corpꝰ tuū in ſuo ſctō ſeruitio cuſtodiri ⁊ ꝯſeruari faciat. amē. mētē tuā illuminet. amē. ſenſum tuū cuſtodiat. amē. gratiā ſuā ad ꝑfectū aīe tue in te augeat. amē. ab oī malo

te liberet.amē.dextera ſua te defendat.amē.q̇ ſctōs ſu
os ſemꝑ adiuuat:ipſe te adiuuare ⁊ ꝯſeruare dignetur
Qui in trinitate ꝑfecta viuit ⁊ regnat.⁊c. Oꝛemus.

BEne✠dicat te de⁹ pater q̇ in pꝛīcipio cūcta crea
uit:amē.bn̄dicat te dei filius q̇ de ſupnis ſedib⁹
ꝑ nobis ſaluatoꝛ deſcēdit.amē.bn̄dicat te ſpūſſctūs q̇
in ſpecie colūbe in flumine ioꝛdanis req̇euit i xp̄o/ipſe
te in trinitate ſctificet:quē oēs gētes vēturū expectāt
ad iudiciū. Qui cum patre et ſpiritu ſancto viuit et re
gnat deus/per omnia ſecula ſeculoꝛum. Oꝛemus.

BEne✠dicat te de⁹ pater.amē. cuſtodiat te ieſ⁹
xp̄s:amē.illuīet te ſpūſſctūs cūctis diebus vite
tue.amē.ꝯfirmet te virt⁹ xp̄i.amē. indulgeat tibi dn̄s
vniuerſa delicta tua. Qui in trinitate ꝑfecta viuit et
regnat deus/per oīa ſecula ſeculoꝝ.Amen. Poſtea ſa-
cerdos lauet manus ſuas/et dicat euangeliū In pꝛī
cipio erat verbum. et cetera vt ſupꝛa.

AD paruos pueros infirmos viſitādū ſacerdos di
cat p̄m Miſerere mei de⁹ Et in fine pſalmi dicat
antiphonā Parce dn̄e. que ſupꝛa cū verſu et oꝛatione.
Deus cui pꝛopꝛium. Poſtea dicatur Oꝛ. Deus qui
ezechie. Reſpice domine famulū. quere poſt letaniā.

¶Incipit commendatio animarum pꝛo viris. R̄m.



Subuenite ſctī dei occurrite angeli



domini ſuſcipiētes animā e ius.Offerētes eam



in cōſpectu al tiſſi mi. ℟. Suſcipiat te



chꝛiſtꝰ qui vocauit te et in ſinu abꝛahe angeli



dedu cant te. Offe.

Kyꝛie eleiſō. Xp̄e eleiſō. Kyꝛie eleiſō. Pr̄ nr̄. Et ne nos. Oꝛeꝰ.

Tibi dn̄e cōmēdamus animā famuli tui vt defunctꝰ ſcl'o tibi viuat/ ⁊ q̄ p̄ fragilitatē mūdane cō-
uerſatiōis pctā admiſit: tu venia miſericoꝛdiſſime pie
tatis abſterge. Per eū q̇ venturus eſt iudicare viuos ⁊
moꝛtuos et ſeculum per ignem. Amē. Alia oꝛatio.

Miſericoꝛdiā tuā dn̄e ſctē pat oīp̄s eterne deꝰ pie-
tatis affectu rogare p̄ aliȷs cogimur q̇ pꝛo pctis
nr̄is ſupplicare nequaq̄ ſufficimꝰ/ tamē de tua cōfiſi
gratuita pietate ⁊ inolita benignitate clemētiā tuā de
poſcimꝰ: vt aīam famuli tui ad te reuertētē cū pietate
ſuſcipias. Aſſit ei angelꝰ teſtamēti tui michael/ et per
manꝰ ſctōꝝ angeloꝝ tuoꝝ inter ſctōs ⁊ electos tuos in
ſinibꝰ abꝛahe/ iſaac/ ⁊ iacob patriarcharū tuoꝝ eā col
locare digneris: quatenꝰ liberata de pꝛincipibus tene-
bꝛarū ⁊ de locis penarū: nullis iā pꝛimeue natiuitatis
vel ignoꝛātie aut ꝓpꝛie iniq̄tatis ſeu fragilitatis ꝯfun
daꝛ erroꝛibꝰ: ſed potiꝰ agnoſcaꝛ a tuis/ ⁊ ſctē beatitu-
nis requie ꝑfruaꝛ/ atq; cū magni iudicȷ dies aduene-
rit inter ſctōs ⁊ electos tuos reſuſcitatus/ gl'ia manife
ſte cōtēplatiōis tue perpetuo ſatietur. Per xp̄m do. n̄.



IN exitu iſrael de egypto: dom⁹

ā. Suſcipiat te xp̄s. Euouae. de.vij.p̄s. iacob de p̄plo
barbaro. Facta eſt iudea ſctificatio ei⁹: iſrl̄ poteſtas
ei⁹. Mare vidit ⁊ fugit: iordanis ꝯuerſus eſt retrorſū.
Mōtes exultauerūt vt arietes: ⁊ colles ſicut agni ouiū.
Quid ē tibi mare ꝙ fugiſti: ⁊ tu iordanis qꝛ ꝯuerſ⁹ es
retrorſū? Mōtes exultaſtis ſicut arietes: ⁊ colles ſicut
agni ouiū. A facie dn̄i mota eſt terra: a facie dei iacob
Qui cōuertit petrā in ſtagna aquaꝝ: ⁊ rupē i fōtes a-
quarū. Nō nobis dn̄e nō nobis: ſed noī tuo da gloriā.
Sup mīa tua ⁊ vitate tua: nequādo dicāt gētes vbi ē
de⁹ eoꝝ. De⁹ aūt nr̄ in celo: oīa q̄cūqꝫ voluit fecit. Si
mulachra gētiū argētū ⁊ aurū: opa manuū hoim. Os
habēt ⁊ nō loquētur: oculos habēt ⁊ nō videbūt. Au
res habēt ⁊ nō audiēt: nares habēt ⁊ nō odorabūt. Ma
nus habēt ⁊ nō palpabūt: pedes habent ⁊ nō ambula-
būt/nō clamabūt i gutture ſuo. Similes illis fiāt q̄ fa
ciūt ea: et oēs q̄ ꝯfidūt i eis. Dom⁹ iſrael ſpauit i dn̄o:
adiutor eoꝝ ⁊ ꝓtector eoꝝ eſt. Dom⁹ aarō ſperauit in
dn̄o: adiutor eoꝝ ⁊ ꝓtector eoꝝ eſt. Qui timēt dn̄m ſpe
rauerūt i dn̄o: adiutor eoꝝ ⁊ ꝓtector eoꝝ eſt. Dn̄s me
mor fuit nr̄i: ⁊ bn̄dixit nobis. Bn̄dixit domui iſrl̄: bn̄-
dixit domui aarō. Bn̄dixit oīb⁹ qui timēt dn̄m: puſil-
lis cū maiorib⁹. Adijciat dn̄s ſup vos: ſup vos et ſup
filios veſtros. Bn̄dicti vos a dn̄o: q̄ fecit celū et terrā.
Celū celi domino: terrā autem dedit filijs hominum.
Non mortui laudabūt te domine: neqꝫ omnes qui de
ſcendunt in infernū. Sed nos qui viuimus benedici-
mus domino: ex hoc nūc et vſqꝫ in ſeculū. Requiē. ān.



Suſcipiat te chriſt⁹ qui vocauit te ⁊ in ſinu abrahe an



O Mn̄ps ſempiterne deus/ qui hūano corpori ani= mā ad ſimilitudinē tuā inſpi=
geli deducāt te. Orem⁹. rare dignat⁹ es/ dū te iuben= te puluis ī puluerē reuertitur: tu imaginē tuā cū ſctis et electis tuis eternis ſedib⁹ p̄cipias ſociari: eāqꝫ ad te reuertētē: de egypti partib⁹ blāde leniterqꝫ ſuſcipias: ⁊ angelos tuos ſctōs ei obuiā mittas: viamqꝫ iuſtitie il= li demōſtra/ et portas gl'ie tue aperi: repelle q̄s dn̄e ab ea oēs principes tenebrarū: et agnoſce depoſitū fidele qd̄ tuū eſt. Suſcipe dn̄e creaturā tuā/ nō ex dijs alienis creatā: ſꝫ a te ſolo deo viuo et vero: q2 nō eſt ali⁹ p̄ter te dn̄e/ ⁊ nō eſt ſcd̄m opa tua. Letifica clemētiſſime deus aīam famuli tui: et clarifica eā ī multitudine mīe tue/ ne memineris dn̄e q̄s iniq̄tatū ei⁹ antiquarū/ et ebrie= tatū/ quas ſuſcitauit furor mali deſiderij/ licet eī pec cauerit/ tamē te nō negauit: ſꝫ ſigno fidei inſignit⁹ te q̄ oīa/ et eū iter oīa feciſti/ fideliter adorauit. Qui vi. an



D Ilexi/ qm̄ exau diet dn̄s: vocem
Chor⁹ angelorū. Euouae. de. viij. p̄s. orationis mee.
Q2 inclinauit aurē ſuā michi: ⁊ in dieb⁹ meis inuoca bo. Circūdederunt me dolores mortis: ⁊ pericula in= ferni inuenerunt me. Tribulationē et dolorē inueni: et nomē dn̄i inuocaui. O dn̄e libera animā meā miſe= ricors dn̄s et iuſtus: et deus noſter miſeretur. Cuſto=

diẽs paruulos dñs: humiliatus ſum et liberauit me.
Conuertere anima mea in requiẽ tuã: quia dñs benefecit tibi. Quia eripuit animã meã de morte: oculos meos a lachrymis/pedes meos a lapſu. Placebo dño in regione viuorum. Requiem eternam. Pſalmus.
Credidi propter qd locut⁹ ſũ: ego aũt hũiliatus ſum nimis. Ego dixi in exceſſu meo: oĩs hõ mẽdax. Quid retribuam dño: p oĩbus q̃ retribuit michi. Calicẽ ſalutaris accipiã: ⁊ nomẽ dñi inuocabo. Uota mea dño reddã corã oĩ ppl'o eius: p̃cioſa in cõſpectu dñi mors ſctõꝝ ei⁹. O dñe q2 ego ſeru⁹ tuus: ego ſeru⁹ tu⁹ ⁊ filius ancille tue. Dirupiſti vincula mea tibi ſacrificabo hoſtiã laudis: et nomẽ dñi inuocabo. Uota mea dño reddã in cõſpectu oĩs populi eius: in atrijs domus dñi in medio tui hieruſalẽ. Requiẽ eternã. ps.
Laudate dominum oẽs gẽtes: laudate eũ oẽs populi. Quõ confirmata eſt ſup nos miſericordia eius: ⁊ veritas dñi manet in eternum. Requiem. ps.
Confitemini dño quoniã bon⁹: quoniã in ſeculũ miſericordia ei⁹. Dicat nunc iſrael qm̃ bonus: qm̃ in ſeculũ miſericordia ei⁹. Dicat nũc dom⁹ aarõ: quoniã in ſeculũ mĩa ei⁹. Dicãt nunc qui timẽt dñm: qm̃ in ſeculũ mĩa ei⁹. De tribulatiõe inuocaui dñm: et exaudiuit me in latitudine dñs. Dñs michi adiutor: non timebo quid faciat michi homo. Dñs michi adiutor: ⁊ ego deſpiciam inimicos meos. Bonũ eſt cõfidere in dño: q̃ cõfidere in homĩe. Bonũ eſt ſperare in dño: q̃ ſperare in principib⁹. Omnes gẽtes circuierũt me: et in nomine dñi q2 vltus ſum in eos. Circũdãtes circũdederũt me: ⁊ in noĩe dñi q2 vlt⁹ ſum in eos. Circũdederũt me ſicut apes et exarſerũt ſicut ignis in ſpi-

nis:et in noīe dn̄i qꝛ vltꝰ ſum ī eos. Impulſus euerſꝰ
ſum vt caderē:et dn̄s ſuſcepit me. Foꝛtitudo mea:et
laus mea dn̄s:et factꝰ eſt michi in ſalutē. Uox exul-
tatiōis ⁊ ſalutis:ī tabernaculis iuſtoꝝ. Dextera dn̄i
fecit virtutē/dextera dn̄i exaltauit me/dextera dn̄i fe
cit virtutē. Nō moꝛiar ſed viuā:et narrabo opa dn̄i.
Caſtigās caſtigauit me dn̄s:et moꝛti nō tradidit me
Aperite michi poꝛtas iuſticie et īgreſſꝰ ī eas ꝯfiteboꝛ
dn̄o:hec poꝛta dn̄i iuſti intrabūt in eā. Cōfiteboꝛ tibi
qm̄ exaudiſti me:et factꝰ es michi in ſalutē. Lapidē
quē repꝛobauerūt edificātes:hic factꝰ eſt ī caput āguli
A dn̄o factū eſt iſtud:et eſt mirabile ī ocl̄is nr̄is. Hec
eſt dies quā fecit dn̄s:exultemꝰ et letemur ī ea. O dn̄e
ſaluū me fac/o dn̄e bn̄ pꝛoſperare: bn̄dictus q̇ venit in
noīe dn̄i. Bn̄dicimꝰ vobis de domo dn̄i:deus dn̄s ⁊ il-
luxit nobis Cōſtituite diē ſolēnē ī cōdēſis:vſqꝫ ad coꝛ
nu altaris. Deus meꝰ es tu et cōfiteboꝛ tibi:deꝰ meꝰ
es tu et exaltabo te. Confiteboꝛ tibi dn̄e qm̄ exaudiſti
me:et factus es michi ī ſalutē. Cōfitemini dn̄o qm̄ bo
nus:qm̄ in ſeculum miſericoꝛdia eius. Requiem.

BEati immaculati in via:q̇ ambulāt in lege dn̄i.
Beati qui ſcrutātur teſtimonia eius: ī toto coꝛ
de exq̇rūt eū. Nō em̄ qui operātur iniq̇tatē: ī vijs eiꝰ
ambulauerūt. Tu mādaſti:mādata tua cuſtodiri ni
mis. Utinā dirigant̄ vie mee:ad cuſtodiēdas iuſtifi-
catiōes tuas. Tūc nō cōfundar:cū ꝓſpexero in oībus
mādatis tuis. Confiteboꝛ tibi in directiōe coꝛdis:ī eo
ꝙ didici iudicia iuſtitie tue. Iuſtificationes tuas cu-
ſtodiā:nō me derelinquas vſqꝫquaqꝫ. In quo coꝛrigit
adoleſcentioꝛ viā ſuā:in cuſtodiendo ſermones tuos.
In toto coꝛde meo exquiſiui te:ne repellas me a man

datis tuis. In corde meo abſcōdi eloq̄a tua:vt nō pec
cē tibi. Benedict⁹ es dn̄e:doce me iuſtificatiōes tuas.
In labijs meis:pronūciaui oīa iudicia oris tui. In
via teſtimoniorum tuorꝫ delectatus ſum:ſicut in oīb⁹
diuitijs. In mandatis tuis exercebor:et conſiderabo
vias tuas. In iuſtificationibus tuis meditabor:non
obliuiſcar ſermones tuos. Requiem eternam.

Retribue ſeruo tuo viuifica me:ꝛ cuſtodiā ſermo
nes tuos. Reuela oculos meos : et conſiderabo
mirabilia de lege tua. Incola ego ſum in terra:nō ab
ſcondas a me mādata tua. Concupiuit aīa mea deſide
rare:iuſtificationes tuas in oī tēpore. Increpaſti ſu-
perbos:maledicti q̄ declināt a mādatis tuis Aufer a
me opprobriū ꝛ ꝯtēptū:qr teſtimonia tua exq̄ſiui Et-
enī ſederūt principes ꝛ aduerſum me loquebātur:ſer-
uus aūt tu⁹ exercebat in iuſtificationib⁹ tuis. Nā et
teſtimonia tua meditatio mea eſt:ꝛ cōſiliū meū iuſtifi
catiōes tue. Adheſit pauimēto aīa mea:viuifica me
ſcd̄m verbū tuū. Vias meas enūciaui ꝛ exaudiſti me:
doce me iuſtificatiōes tuas. Viā iuſtificationū tuarꝫ
inſtrue me:et exercebor ī mirabilib⁹ tuis. Dormita-
uit aīa mea pre tedio:cōfirma me in verbis tuis. Viā
iniq̄tatꝭ amoue a me:ꝛ de lege tua miſerere mei. Viā
veritatis elegi:iudicia tua nō ſū oblit⁹. Adheſi teſtio
nijs tuis dn̄e:noli me ꝯfundere. Viā mandatorꝫ tuo-
rum cucurri:cum dilataſti cor meum. Requiem eter.

Legē pone michi dn̄e viā iuſtificationū tuarū:ꝛ
exquirā eā ſemp. Da michi ītellectū et ſcruta-
bor legē tuā:ꝛ cuſtodiā illā in toto corde meo. Deduc
me in ſemita mādatorꝫ tuorꝫ:qr ipſam volui. Inclina
cor meū in teſtimonia tua:et nō in auariciam. Auer-

te oculos meos ne videāt vanitatē:in via tua viuifica
me. Statue ſeruo tuo eloquiū tuū:ī timoꝛe tuo. Am
puta oppꝛobꝛiū meū qd̄ ſuſpicat⁹ ſū:qꝛ iudicia tua io=
cūda. Ecce ꝯcupiui mādata tua:ī eq̄tate tua viuifica
me. Et veniat ſuꝑ me mīa tua dn̄e:ſalutare tuū ſcd̄m
eloquiū tuū. Et reſpōdebo exꝓbꝛātib⁹ michi v̄bū:
qꝛ ſperaui ī ſermonib⁹ tuis. Et ne auferas de oꝛe meo
verbū v̄itatis vſq꞉quaq꞉:qꝛ ī iudicijs tuis ſuperſpera=
ui. Et cuſtodiā legē tuā ſemꝑ in ſeculū:et in ſeculū ſe=
culi. Et ambulabā in latitudine:qꝛ mādata tua exq̄=
ſiui. Et loq̄bar de teſtimonijs tuis in cōſpectu regū:⁊
nō cōfundebar. Et meditabar in mandatis tuis:que
dilexi. Et leuaui man⁹ meas ad mādata tua:que di=
lexi:et exercebor in iuſtificationib⁹ tuis. Requiem.
Memor eſto verbi tui ſeruo tuo:in quo michi ſpē
dediſti. Hec me ꝯſolata eſt in hūilitate mea:qꝛ
eloquiū tuū viuificauit me. Suꝑbi inique agebāt vſ=
q꞉quaq꞉:a lege aūt tua nō declinaui. Memoꝛ fui iudi=
cioꝝ tuoꝝ a ſeculo dn̄e:et cōſolatus ſum. Defectio te=
nuit me:pꝛo pctōꝛib⁹ derelinquētib⁹ legē tuā. Canta
biles michi erāt iuſtificationes tue:in loco peregrina=
tionis mee. Mēoꝛ fui nocte nōīs tui dn̄e:⁊ cuſtodiui le
gē tuā. Hec facta eſt michi:qꝛ iuſtificatiōes tuas exq̄
ſiui. Portio mea dn̄e:dixi cuſtodire legē tuā. Depca=
tus ſum faciē tuā in toto coꝛde meo:miſerere mei ſcd̄m
eloquiū tuū. Cogitaui vias meas et ꝯuerti pedes me
os:in teſtimonia tua. Parat⁹ ſum ⁊ nō ſum turbat⁹:
vt cuſtodiā mādata tua. Funes pctōꝝ circūplexi ſūt
me:et legē tuā nō ſum oblit⁹. Media nocte ſurgebam
ad cōfitēdū tibi:ſuꝑ iudicia iuſtificationis tue. Parti
ceps ego ſum omnium timētiū te:⁊ cuſtodientiū man

BIBLIOTHECAE MAZARINAE

data tua. Miſericordia tua domine plena eſt terra: iu
ſtificationes tuas doce me. Requiem eternam.

Bonitatē feciſti cū ſeruo tuo dn̄e: ſcd̄m verbū tuū
Bonitatē ⁊ diſciplinā ⁊ ſciētiā doce me: q2 i mā
datis tuis credidi. Priuſq̄ humiliarer ego deliqui: ꝓ
pterea eloquiū tuū cuſtodiui. Bon⁹ es tu: ⁊ i bonita
te tua doce me iuſtificationes tuas. Multiplicata eſt
ſup me iniquitas ſupboꝝ: ego autē i toto corde ſcruta
bor mādata tua. Coagulatū eſt ſicut lac cor eoꝝ: ego
vero legē tuā meditat⁹ ſum. Bonū michi q2 hūiliaſti
me: vt diſcā iuſtificatiōes tuas. Bonū michi lex oris
tui: ſup milia auri et argēti. Manus tue fecerūt me et
plaſmauerūt me: da michi intellectū vt diſcā mandat
ta tua. Qui timēt te videbūt me et letabunt: q2 in ver
ba tua ſupſperaui. Cognoui dn̄e q2 eq̄tas iudicia tua:
et i veritate tua hūiliaſti me. Fiat mīa tua vt cōſolet
me: ſcd̄m eloquiū tuū ſeruo tuo. Veniāt michi miſe
ratiōes tue ⁊ viuā: q2 lex tua meditatio mea eſt. Con
fundant ſupbi q2 iniuſte iniq̄tatē fecerūt in me: ego au
tē exercebor i mādatis tuis. Cōuertātur michi timen
tes te: ⁊ q̄ nouerūt teſtimonia tua. Fiat cor meū ima
culatū in iuſtificatiōib⁹ tuis: vt nō ↄfundar. Requiē.

Defecit i ſalutare tuū aīa mea: ⁊ i v̄bū tuū ſup
ſperaui. Defecerūt ocl'i mei i eloq̄ū tuū: dicētes
qn̄ cōſolaberis me. Q2 fact⁹ ſū ſicut vter in pruina: iu
ſtificatiōes tuas nō ſū oblit⁹. Quot ſūt dies ſerui tui:
qn̄ facies de pſequētib⁹ me iudiciū: Narrauerūt mi
chi iniq̄ fabulatiōes: ſ3 nō vt lex tua Oīa mādata tua
veritas: iniqui pſecuti ſunt me adiuua me. Paulomi
nus cōſummauerūt me in terra: ego autē nō dereliqui
mādata tua. Secundū miſericordiā tuā viuifica me:

et cuſtodiã teſtimonia oꝛis tui. In eternũ dñe: verbũ
tuũ ꝑmanet in celo. In gñatione et gñationẽ veritas
tua: fundaſti terrã et ꝑmanet. Oꝛdinatione tua ꝑſeue
rat dies: qm̃ oĩa ſeruiũt tibi. Niſi ꝙ lex tua meditatio
mea eſt: tũc foꝛte periſſem ĩ hũilitate mea. In eternũ
nõ obliuiſcar iuſtificatiões tuas: qꝛ in ipſis viuificaſti
me. Tuus ſum ego ſaluũ me fac: qm̃ iuſtificationes
tuas exquiſiui. Me expectauerũt peccatoꝛes vt perde
rent me: teſtimonia tua intellexi. Omnis conſumma
tionis vidi finẽ: latũ mãdatũ tuũ nimis. Requiem.

Quomodo dilexi legẽ tuã dñe: tota die meditatio
mea eſt. Super inimicos meos pꝛudẽtẽ me feci
ſti mãdato tuo: qꝛ in eternũ michi eſt. Sup oẽs docen
tes me intellexi: qꝛ teſtimonia tua meditatio mea eſt.
Sup ſenes intellexi: qꝛ mãdata tua q̃ſiui. Ab oĩ via
mala ꝓhibui pedes meos: vt cuſtodiã ꝟba tua. A iu
dicijs tuis nõ declinaui: qꝛ tu legẽ poſuiſti michi. Quã
dulcia faucibus meis eloquia tua: ſuper mel oꝛi meo.
A mãdatis tuis intellexi: ꝓpterea odiui oẽm viã ini-
quitatis. Lucerna pedibus meis ꝟbũ tuũ: et lumẽ ſe
mitis meis. Iuraui: ⁊ ſtatui cuſtodire iudicia iuſticie
tue. Humiliat⁹ ſum vſqȝquaqȝ dñe: viuifica me ſcđm
verbũ tuũ. Voluntaria oꝛis mei bñplacita fac dñe: ⁊
iudicia tua doce me. Aia mea in manib⁹ meis ſẽp: ⁊
legẽ tuã nõ ſum oblitus. Poſuerũt pctõꝛes laqueum
michi: ⁊ de mãdatis tuis nõ erraui. Hereditate acq̃ſi
ui teſtimonia tua in eternũ: qꝛ exultatio coꝛdis mei ſũt
Inclinaui coꝛ meũ ad faciẽdas iuſtificationes tuas ĩ
eternũ: ꝓpter retributionem. Requiem eternam.

Iniquos odio habui: et legẽ tuã dilexi. Adiutoꝛ
et ſusceptoꝛ me⁹ es tu: ⁊ in verbũ tuũ ſupſperaui

Declīate a me maligni: ⁊ ſcrutaboꝛ mādata dei mei.
Suſcipe me ſcd̄m eloquiū tuū ⁊ viuā: ⁊ non ꝯfundas
me ab expectatione mea. Adiuua me ⁊ ſaluus ero: et
meditaboꝛ in iuſtificatiōib⁹ tuis ſemꝑ. Spreuiſti oēs
diſcedētes a iudicijs tuis: qꝛ iiuſta cogitatio eoꝝ. Pre
uaricātes reputaui oēs pctōꝛes terre: ideo dilexi teſti-
monia tua. Confige timoꝛe tuo carnes meas: a iudi-
cijs eñ tuis timui. Feci iudiciū et iuſtitiā: nō tradas
me calūniātib⁹ me. Suſcipe ſeruū tuū in bonū: nō ca
lūnient me ſupbi. Oculi mei defecerūt i ſalutare tuū:
et in eloquiū iuſtitie tue. Fac cū ſeruo tuo ſcd̄m mīaꝫ
tuā: et iuſtificationes tuas doce me. Seru⁹ tu⁹ ſū ego
da michi intellectū: vt ſciā teſtimonia tua. Tēp⁹ faciē
di dñe: diſſipauert̄ legē tuā. Ideo dilexi mādata tua:
ſup aurū ⁊ topaziō. Propterea ad oīa mādata tua di
rigebar: oēm viā iniquā odio habui. Requiē eternā.
Mirabilia teſtionia tua: ideo ſcrutata eſt ea aīa
mea. Declaratio ſermonū tuoꝝ illuīat: ⁊ intel
lectū dat paruulis. Os meū aperui ⁊ attraxi ſpm̄: qꝛ
mādata tua deſiderabā. Aſpice i me et miſerere mei:
ſcd̄m iudiciū diligētiū nomē tuū. Greſſus meos diri-
ge ſcd̄m eloquiū tuū: vt non dñetur mei oīs iniuſtitia.
Redime me a calūnijs hoīꝫ: vt cuſtodiā mādata tua.
Faciē tuā illuīa ſup ſeruū tuū: ⁊ doce me iuſtificatio
nes tuas. Exit⁹ aquarū deduxerūt ocli mei: qꝛ nō cu-
ſtodierūt legē tuā. Iuſt⁹ es dñe: ⁊ rectū iudiciū tuum
Mādaſti iuſticiā teſtimonia tua: ⁊ veritatē tuā nimis
Tabeſcere me fecit zelus me⁹: qꝛ obliti ſūt verba tua
inimici mei. Ignitū eloquiū tuū vehemēter: et ſeru⁹
tuus dilexit illud. Adoleſcētulus ſū ego ⁊ ꝯtēpt⁹: iu-
ſtificatiōes tuas nō ſum oblit⁹. Iuſtitia tua iuſtitia

in eternū: ⁊ lex tua veritas. Tribulatio ⁊ anguſtia i-
uenerūt me: mādata tua meditatio mea eſt Eq̇tas te
ſtionia tua i etnū: intellectū da michi ⁊ viuā. Requiē.
CLamaui i toto coꝛde exaudi me dn̄e: iuſtificatio
nes tuas requirā. Clamaui ad te ſaluū me fac:
vt cuſtodiā mādata tua. Pꝛeueni in maturitate ⁊ cla
maui: qꝛ i v͛ba tua ſuꝑſperaui. Pꝛeuenerūt oculi mei
ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua. Vocē meā
audi ſcd̄m m̄iam tuā dn̄e: et ſcd̄m iudiciū tuū viuifica
me. Appꝛopinquauerūt ꝑſequentes me iniq̇tati: a le-
ge autē tua lōge facti ſunt. Pꝛope es tu dn̄e: et oēs vie
tue veritas. Initio cognoui de teſtimonijs tuis: qꝛ in
eternū fundaſti ea. Vide humilitatē meā ⁊ eripe me:
qꝛ legē tuā nō ſum oblit⁹. Iudica iudiciū meū et redi
me me: ꝓpter eloquiū tuū viuifica me. Lōge a pctōꝛi
bus ſal⁹: qꝛ iuſtificatiōes tuas nō exq̇ſierūt. Mie tue
multe dn̄e: ſcd̄m iudiciū tuū viuifica me. Multi q̇ ꝑſe-
quunt me ⁊ tribulāt me: a teſtimonijs tuis nō declina
ui Vidi ꝑuaricātes ⁊ tabeſcebā: qꝛ eloquia tua nō cu
ſtodierūt. Vide qm̄ mādata tua dilexi dn̄e: i mīa tua
viuifica me. Pꝛincipium verboꝝ tuoꝛum veritas: in
eternum omnia iudicia iuſticie tue. Requiē eternam.
PRincipes ꝑſecuti ſunt me gratis: ⁊ a verbis tuis
foꝛmidauit coꝛ meū. Letaboꝛ ego ſuꝑ eloquia
tua: ſicut q̇ inuenit ſpolia multa. Iniquitatē odio ha
bui et abhominat⁹ ſum: legē aūt tuā dilexi. Septies in
die laudē dixi tibi: ſuꝑ iudicia iuſtitie tue. Pax multa
diligētib⁹ legē tuā: et nō eſt illis ſcādalū. Expectabā
ſalutare tuum dn̄e: et mādata tua dilexi. Cuſtodiuit
aīa mea teſtionia tua: ⁊ dilexit ea vehemēter. Serua
ui mādata tua ⁊ teſtionia tua: qꝛ oēs vie mee in cōſpe-

ctu tuo. Appꝛopinquet dep̄catio mea ī conſpectu tuo dñe:iuxta eloquiū tuū da michi intellectū. Intret poſtulatio mea ī ↄſpectu tuo:ſcd̄m eloquiū tuū eripe me. Eructabūt labia mea hymnū:cū docueris me iuſtificatiões tuas. Pꝛonūciabit līgua mea eloquiū tuū:qꝛ oīa mādata tua eq̄tas. Fiat man⁹ tua vt ſaluet me: qm̄ mādata tua elegi. Concupiui ſalutare tuū dñe:⁊ lex tua meditatio mea eſt. Uiuet aīa mea ⁊ laudabit te:⁊ iudicia tua adiuuabūt me Erraui ſicut ouis q̄ perijt:q̄re ſeruū tuū dñe qꝛ mādata tua nō ſū oblit⁹. Requiē.

Aña.



Chorus angeloꝝ te ſuſcipiat et in ſinu abꝛahe



ibi te collocet vt cum lazaro quōdā paupere eternā



habeas requiē.

Sine Oꝛemus.

Diri vulneris nouitate percuſſi:et quodāmodo coꝛdib⁹ ſauciati mīam tuā mūdi redēptoꝛ flebibilib⁹ vocib⁹ īploꝛam⁹ vt chari nr̄i aīam ad tuā clemētiā q̄ fōs pietat̄ es reuertētē/blāde leniterq̄ ſuſcipias ⁊ quas illa ex carnali cōmoꝛatiōe ↄtraxit maculas:tu de⁹ īolita benignitate clemēter deleas/pie īdulgeas: obliuiōi ī ꝑpetuū tradas/atq̄ hāc laudē tibi cū ceter̄ redditurā:⁊ ad coꝛp⁹ qñq̄ reuerſurā ſctōꝝ tuoꝝ cetib⁹ aggregari p̄cipias Qui cū prē ⁊ ſ.ſ.vi.⁊ reg.de⁹.p.oīa ſ.ſ.ā. P r nr̄. Et ne. Sꝫ l. A poꝛta īferi. Erue. Req̄ē etnā. Et lux. Requieſcāt ī pace. Dñs vobiſcū. Et.oꝛe⁹

PArtē beate reſurrectiōis obtineat/vitāq; eter-
nā habere mereat̄ in celis. Per te ieſu xp̄e ſalua
tor mūdi: q̄ cū p̄re ⁊ ſpū ſctō viuis ⁊ regnas. Oremus.
